



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

I. Regulæ Cancellariæ, Pro necessitatibus Locorum Piorum Terræ Sanctæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

BULLARIUM ROMANUM.

TOMUS DUODECIMUS,

SIVE

CONTINUATIONIS PARS SEXTA.

ALEXANDER VIII.
PONTIFEX CCXLV.

ANNO CHRISTI MDCLXXXIX.

ANNO
1689.

ALEXANDER OCTAVUS Venetus, Petrus Vitus antea vocatus, Marci Ottoboni Magni Cancellarii Filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Salvatoris in Lauro, postea S. Marci Episcopus Sabinen., dein Tusculan., ac demum Portuen., die 6. Octobris 1689. Summus Pontifex electus fuit; Coronatus vero die 15. ejusdem Mensis; Creavitque Cardinales 14. Vixit annos 80., Menses 9., dies 10.; In Pontificatu autem annum 1., Menses 3., dies 26. Obiit Calendis Februarii 1691.; & sepultus fuit in Basilica Vaticana. Vacavit Sedes Menses 5., dies II.

ANNO
1689.

APPENDIX AD TOM. VII.

Regulæ Cancellariæ hic omittuntur, quia eadem fere sunt cum illis Prædecessorum, ut videre est Urbani VIII. Constit. datam 1623. Aug. 7. Pont. I. edit. vero Octobris 21.

I. Confirmatur, & innovatur Constitutio Urbani VIII. pro necessitatibus Locorum Piorum Terræ Sanctæ.

Prædicta Constitutio ultimo confirmata fuit ab Innoc. XI. Et postea ab Inn. XII. Const. ed. 1691. Septem. 29. Pont. I.

Dat. 18. Nov.
1689. An. I.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.



ALVATORIS, & Domini Nostri, qui pro humani generis redemptione se ipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem, vices licet immeriti, gerentes inter multiplices, gravissimasque Apostolicæ servitutis curas, in eam præcipue pastoralis sollicitudinis vigilantiam incumbimus, ut tanti, & tam salubris mysterii monumenta, quæ in Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni, qua fieri poterit majori honorificentia recolantur.

Constit. Urb. VIII. injungebat Ordinariis, & Generalibus Ordinibus, ut

§. I. Cum itaque alias fel. rec. Urbano Papa VIII. prædecessori nostro exposito, quod Ecclesiæ, & alia Loca Pia in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terræ Sanctæ existentia fere diruta erant, & quæ adhuc ibi existerant Monasteria ære alieno

ob impiam Turcarum, Hæreticorum, & Schismaticorum tyrannidem, & pro Sanctæ Fidei Catholicæ in eisdem locis conservatione contracto admodum gravata reperiebantur, idem Urbanus prædecessor Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutuum Regularium Generalibus commiserit, & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadragesimæ temporibus tam per verbi Dei Prædicatores in suis Sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis necessitates eorundem Sacrorum monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias, prout in ipsius Urbani prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 3. Februarii 1634. expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur: Et sicut pro parte dilecti filii Bernardi Josephi a Jesu Maria Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum professoris, ac ejusdem Terræ Sanctæ Commissarii, & Prioris Generalis nobis nuper expositum fuit, ipse quo præfata Urbani prædecessoris literæ, quæ a rec. mem. Innocentio X. Clemente etiam X., ac Innocentio XI. Romanis Pontificibus prædecessoribus pariter nostris confirmatæ fuerunt, exactius observentur illas per Nos pariter confirmari, & innovari desideret; Nos eorundem Sacrorum Monumentorum conservationi, & maintenance consilium volentes, prædictas Urbani prædecessoris literas Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus.

commendare facerent necessitates dd. Locorum.

Preces Commissarii Gen. pro nova confirmatione post illas Inn. X. Clem. X. & Inn. XI.

Confirmatio, & innovatio d. Const. Urb. VIII.

§. 2. Volumus autem, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi præfati in relatione Status Ecclesiarum quando visitabunt limina Apostolorum facienda referant se præfatis Urbani prædecessoris, & præsentibus nostris literis paruisse; contrariis non obstantibus quibuscumque.

§. 3. Volumus insuper, ut eorumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XVIII. Novemb. MDCLXXXIX. Pontificatus nostri Anno Primo.

II.

Conceduntur Conclavistis Gratia, & Privilegia.

Eadem concessa fuerunt ab Inn. XI. Const. ed. 1676. Dec. 6. P. 1. Et ab Inn. XII. Const. ed. 1691. Julii 15. P. 1.

Dat. 4. Dec. 1689. An. 1.

ALEXANDER PAPA VIII.

Urbis.

Motu proprio &c. Nos volentes (reliqua vide locis supra citatis.)

Fiat P.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem pridie Nonas Decembris Anno Primo.

Nomina autem ipsorum Conclavistarum sunt hæc, que sequuntur.

Sacrista.

Rmus D. Frater Joseph Eufanius, Aquilanus, Episcopus Prorphyriensis, Sacrista.

Abfuit a Conclavi de speciali licentia Sacr. Congregationis.

Carolus Vincentius Carcarasius, Presbyter Romanus, Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe.

Magistri Cæremoniarum.

Petrus Sanctes de Fantibus, Presbyter Cameriniensis.

Dominicus Cappellus, Presbyter Asculanus, Canonicus Insignis Basilicæ S. Mariæ Transtiberim.

Secretarius Collegii.

Candidus Cassina, Presbyter Comensis, Canonicus prædictæ Insignis Basilicæ Sanctæ Mariæ Transtiberim.

Justinianus de Rossena, Presbyter Regiensi, perpetuus Clericus Beneficiatus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Magistri Cæremoniarum.

Abbas Guido Passioneus, Clericus Forosempionensis, Sacri Collegii Secretarius.

Abbas Petrus Draghus Bartholus, Presbyter Venerus, Antonius Scipio Gabelortus Clericus Conjugatus Faventinus, Alexander Fernus, Clericus Laudienfis, nostri dum Cardinalatus honore fungebamur.

Marchio Claudius Pallavicinus, Clericus Parmensis, Joannes de Nisez, Clericus Durbusensis Leodien. Diocesis, Joannes Baptista Mazzarinus Cleric. Ariminenfis, Alderani Ostien. Cybo.

Bernardinus Portus, Presbyter Bononiensis, perpetuus Beneficiatus Basilicæ Lateranensis, Augustinus Lottus Laicus Romanus, Andreas Cornelius Laicus Pedemontanus, Flavii Albanen. Chisii.

Abbas Joseph Pauluccius Clericus Pisaurensis, Bartholomæus Juliectus Laicus Anconitanus, Dominicus Petriganus, Laicus Auximanus, Antonii Prænestini Bichii.

Comes Raymundus Ranutius de Marsciano, Urbevetanus, Thomas Hyacinthus Sangiorgius Presbyter e Saxoferrato Nucerinæ Diocesis, Nicolaus Carpius Januensis, Jacobi Tusculani Franconi.

Andreas Panzerius, Presbyter Romanus, Ca-

nonicus Insignis Basilicæ Sanctæ Mariæ Transtiberim, Joannes Baptista Ferrarius, Laicus Firmana Diocesis, Sallustius Mostottus Laicus Asculanus, Palutii Sabinen. de Alteriis, Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum Sanctæ R. E. Cardinalium.

Abbas Joannes Cecius, Clericus Abbatia Sublacensis nullius Diocesis, perpetuus Beneficiatus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Antonius de Comitibus, Clericus Cameriniensis, Joannes Baptista Blancus, Laicus Pisanus, Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Barberini.

Franciscus Augustinus Saccus, Clericus Viennensis in Austria, Carolus Hoffinan Uratislavienfis, Gregorii S. Marci Barbadi.

Abbas Joseph de Annibaldensibus a Molaria, Clericus Romanus, Joseph Giacchius, Presbyter a Monte Sicuro Anconitanæ Diocesis, Flaminus Peregrinus, Laicus de Polo Tiburtinæ Diocesis, Joannis Nicolai Tituli S. Mariæ Transpontinæ de Comitibus.

Abbas Joseph Zafontius, Presbyter Senensis, Canonicus Insignis Basilicæ Sanctæ Mariæ Transtiberim de Urbe, Alexander Petrillus Clericus Lucensis, Julii Tit. S. Mariæ Transtiberim Spinulæ.

Paulus Lucatellus Archidiaconus Aquilejensis, Franciscus Cajanus Clericus Urbinaten. Joannis Tit. SS. Viti, & Modesti Delphini.

Carolus de Serte Clericus Parisinus, Spiritus la Sabliere Valentina Diocesis, Jacobus le Feurè Lugdunensis Diocesis, Emmanuelis Theodosii Tit. S. Petri ad Vincula Bullionii.

Petrus Angelus Maggius Presbyter Anconitanus perpetuus Beneficiatus Cathedralis Ecclesiæ Ferrariensis, Ægidius Sallecher Laicus de Seittenstren. Passavienfis Diocesis, Caroli Tituli S. Hadriani Cerri.

Petrus Franciscus Giampè, Clericus de Fabriano Camerinen. Diocesis, Franciscus Maria de Laurentiis Presbyter de Serra S. Quirici Camerinen. Diocesis, Gasparis Tituli S. Silvestri in Capite de Carpineo.

Joannes de la Croix Gouffault Parisinus, Petrus Millet Clericus Conjugatus è Troja in Campania, Joannes de la Chaize Clericus Parisinus, Cæsaris Tituli SSmæ Trinitatis in Monte Pincœ d'Estreës.

Odetus Franciscus de Harcourt de Bevron Presbyter Parisinus, Bonaventura dela Fonte, Clericus Tolofanus Canonicus Metropolitanus Ecclesiæ Narbonensis, Aloysius Mandon Clericus Conjugatus Lemovicensis, Petri Tit. Sancti Honorii Sontii.

Abbas Paulus Farella Presbyter Muranus, Abbas Pompejus Sarnellus Presbyter Polignanensis, Fr. Vincentii Mariæ Tit. S. Xisti Ursini.

Joannes Baptista Fabrinus de Montenovio Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Senogallienfis, Joannes Jacobus Blattman Laicus Constantienfis, Joannes Pannareus Hortanus, Federici Tituli Sanctæ Anastasiæ Columnæ.

Joannes Baptista Hagnus Presbyter Foroliviensis, Josephus Christallinus Laicus Camerin. Joannes Nardier Laicus Burgundus, Francisci S. Matthæi in Merulana Nerlii.

Dominicus de Benedictis de Trebio Spoletana Diocesis perpetuus Clericus Beneficiatus Insignis Collegiata Ecclesiæ S. Laurentii in Damaso de Urbe, Roggerius Sevaggius Clericus a Monte Caveoso Matheranz Diocesis, Hieronymi Tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Casanate.

Galeatius Campana Presbyter e Castro Parrani Urbevetana Diocesis, Lucas Manfredus Laicus e Barbarano Viterbien. Diocesis, Galeatii Tit. SS. Quirici, & Julittæ Marefcotti.

Franciscus Hyacinthus Asevolinus Presbyter Britinoriensis, Octavius Bartholomæus Vallettus Laicus Taurinensis, Fabritii Tit. Sancti Chrylogoni Spada.

Joannes